



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Resolutorium dubioru[m] circa celebratione[m] missa[rum] occurrentiu[m]

Heynlin, Johannes

Colonie, 1501

VD16 H 3452

Arti. v. Resoluit quinq[ue] dubia circa celebrat[i]onis abstinentiam  
eiusdemq[ue] frequentiam occurrentia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34702**

## Secundum

fit hoc modo ieiunus. Quis possit perficere et celebrare. tamen non debet. quia graviter peccaret. Et ideo cum quis est plures missas eodem die celebraturus non debet sumere ablutionis vinum. nisi in ultima missa. ut inferius circa resolutionem ultimi dubii articulo quinto huius capituli latius dicitur.

**¶** Quid agendum sit si quis post missam inceptam recordetur se ieiunium soluisse.

**Solo.** Si recorderet hoc ante consecrationem tutius est quod cesset. nisi graue scandalum timeat. si post consecrationem. precedat et perficiat non obstante quod non sit ieiunus. quia preceptum de perceptione sacramenti maius est quam preceptum quod a ieiunis sumatur.

**¶** Utrum transglutians reliquias que post comestionem in ore remanserunt possit celebrare.

**Solo.** Si casualiter transglutiantur non impediunt celebrationem. quia non trajectuntur per modum cibi. sed salivae cui permiscuntur. Si vero studiose id fiat abstinendum est.

**¶** Quid si quis gargarisando. vel os mutando parum de aqua aut de vino transglutiat.

**Solo.** Sicut in dubio precedenti.

**v** Si quis tarda hora comederit vel biberit et nondum digesserit illum cibum. utrum ei liceat celebrare.

**Solo.** Si ex hoc non reddatur multum indispositus ad debite celebrandum. tunc licet. Si vero ex hoc multum perturbet et indisponat tutius est ut abstineat. Unde dicitur glossa. circa canonem Nichil. vii. q. prima. Si quis etiam ante medium noctis comederit. et adhuc sentiat eructationes ex non digestionem cibi. quod dum cibum sentit non celebrabit.

**¶** Utrum patiens vomitum vel iam passus licite possit celebrare.

**Solo.** Si quis ex infirmitate sustineat illam passionem. debet abstinere quousque sanetur.

**¶** Quid si per totam noctem non dormierit.

**Solo.** Sicut in precedenti dubio dicitur enim glossa in c. Constituerit. de accu. de vinolento qui in terna pnoctavit. et altera die nulla premissa dormitione celebravit. quod non videtur ieiunus sed pransus celebrasse propter indigestionem. Et glossa circa canonem sacramenta de secreta. dist. i. Ieiunium inquit celebrata digestionem.

**¶** Resolvit quinque dubia circa celebrationis abstinentiam eiusdemque frequentiam occurrence. **Arti. liij.**

**I** Utrum liceat sacerdoti abstinere omnino a celebratione.

**Solo.** Si sacerdos per sententiam ecclesie sit ordinis executione privatus. vel si debilitate aut egritudine factus sit impotens vel ineptus ad celebrandum. tunc non tenetur celebrare. Si vero non sit privatus potestate celebrandi aut alias factus impotens tunc non licet ei omnino abstinere quin saltem teneri videatur ad celebrandum in propriis festis. et maxime in illis diebus in quibus christifideles communicare consueverunt.

**B ij**

**Dubium**

**Dubium**

# Capitulum

- i**  
**Solo.** **Utrum expediat sacerdoti vt frequenter celebret.**  
Si frequenter sit ad celebrandum dispositus expedit vt frequenter celebret. Gratissimū enim sacrificium illud est domino. et magnas atq; inenarrabiles hoc sacramentū virtutes habet. ideo perutile est sepius celebrare et sumere. vt fructus eius frequentius percipiatur.
- ii**  
**Dubiū Solo.** **Utrum liceat alicui quotidie celebrare.**  
Circa vsum huius sacramenti ex parte celebrantis et sumentes duo requiruntur. Primum est desiderium coniunctionis ad christum qd fit p amorem. Secundum est reuerentia que pertinet ad timorem. Primum incitat ad quotidianā huius sacramenti et frequentatōem. scdm vero retrahit. Unde si quis experimētaliter cognouerit ex quotidiana celebratōne feruorem amoris augeri et reuerentiā nō minui. talis quotidie celebret. Si quis autē senserit p quotidianā frequentatōem reuerentiā minui et feruorem nō multum augeri. ille interdū absteineat vt cum maiori reuerentiā et deuotione postea celebret.
- iii**  
**Dubiū Solo.** **Utrum qd sic dispositus vt laudabiliter possit celebrare. et possit etiā laudabiliter ppter sacramenti reuerentiā abstinere melius ac laudabilius faciat a celebratōe abstinendo q̄ celebrando.**  
In tali casu melius salubrius et laudabilius est vt celebret q̄ q̄ absteineat. Nam ex celebratōne multos fructus huius sacramenti percipere potest. vt patet ex solutione secundi dubij precedentis quib; abstinendo priuatur. Celebratio preterea ex charitate procedit. abstinētia vero ex timore. vt patet ex resolutione tertiū dubij. Charitas autē timori prefertur. Nec valēdum est q̄ abstinens se putat postea melius fore dispositum. q̄ fieri potest q̄ minus fiat dispositus. Incertum est etiā si vnus q̄ deinceps sit celebraturus. Stat etiā q̄ celebrando assequatur aliquā gratiam specialem quā abstinendo nō potest acquirere. nec vnus q̄ fortassis recuperabit.
- iiii**  
**Solo.** **Utrum liceat alicui plures missas vno die celebrare.**  
In die natiuitatis dominice potest quis tres missas celebrare vt habet de cele. mis. c. contulisti. Addunt doctores quattuor casus necessitatis in quib; potest quis duas missas celebrare. Primus est. cum in die festo occurrat necessitas. vt ppter missas diei dicatur missa pro defunctis. Scdus casus est. cum necessitas infirmorum exigit vt viaticū pro eis consecret. Tertius casus est. cum superueniant peregrini aut occurrunt nuptie celebratōem exigentes. Quartus casus est. cum propter defectum sacerdotum vel paupertatem ecclesiarū vni sacerdoti plures ecclesie cōmendātur. alias nō licet nisi vnicam missam in die celebrare. vt habetur de conse. dist. pma. ca. Sufficit. Hoc autē cauendum est cum quis plures missas vult celebrare ne ablutōnem sumat nisi in vltima. vt sic ieiunius maneat et celebret.